

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Peccatum n cum fonte primo

Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, et ideo si sola mulier cibum edisset illicitum, sola utique mortis suppicio plecteretur, ita dici potest in homine uno si delectationibus illicitis a quibus se auertere deberet continuo cogitatione libenter sola pascatur, nec facienda decernentur mala, sed tantum suauiter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine uiro posse dampnari.

Absit hoc credere.

Hec quippe una persona est,

totusque dampnabitur nisi hec que sine uoluntate operandi sed tamen cum uoluntate animi talibus oblectandi solius cogitationis sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittantur.

Augustinus ibidem (XII. libro de trinitate).

Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, et ideo si sola mulier cibum edisset illicitum, sola utique mortis suppicio plecteretur; ita dici potest in homine uno si delectationibus inlicitis a quibus se continuo deberet auertere cogitatio libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala sed tantum suauiter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine uiro posse damnari.

Absit hoc credere.

Haec quippe una persona est,
unus homo est,
totusque damnabitur nisi haec quae sine uoluntate operandi sed tamen cum uoluntate animum talibus oblectandi solius cogitationis sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittantur.

Augustinus Hipponensis, *De trinitate*, 12, 12 (CCSL 50, W.J. Mountain ed., pp.372-3, ll.45-56).